

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio aq  
cum fonte primo

Tunc felicem te esse iudica cum poteris  
in publico uiuere, cum te parietes tui tegent,  
non abscondant, quos plerumque nobis circumdatos  
iudicamus non ut tucius uiuamus,  
sed ut peccemus occultius.  
Rem dicam ex qua mores nostros estimes.  
Vix quemquam inuenies qui possit aperto hostio uiuere.  
Ianitores consciencia opposuit non superbia;  
sic uiuimus ut deprehendi sit subito aspici.

Seneca XLII. epistola.

Tunc autem felicem esse te iudica cum poteris  
in publico vivere, cum te parietes tui tegent,  
non abscondent, quos plerumque circumdatos nobis  
iudicamus non ut tutius vivamus,  
sed ut peccemus occultius.  
Rem dicam ex qua mores aestimes nostros:  
vix quemquam inuenies qui possit aperto ostio vivere.  
Ianitores conscientia nostra, non superbia opposuit:  
sic vivimus ut deprendi sit subito aspici.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*,  
43.3-4 (L. Reynolds ed., vol.1, p.113, ll.19-25).